

Universitätsbibliothek Wuppertal

Iustini Historiae Philippicae

Iustinus, Marcus Iunianus

Lipsiae, 1830

Liber III

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-5322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-5322)

LIBER III.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Xerxis et Artabani praefecti perfidi tragicus interitus.
2. Bellorum inter Lacedaemonios et Athenienses origo. Spartae respublica, et legislator.
3. Leges, a Lycurgo Spartanis latae, quomodo ratae factae et habitae sint.
4. Bellum Messeniis illatum ob stupratas virgines; et Partheniarum in Italiam migratio.
5. Messenii scelerum suorum luunt poenas; et bellum instaurant, ac tandem superantur.
6. Tertium bellum Messenium; item Peloponnesiacum, in quo multae eventuum variorum facies.
7. Pacis foedus ruptum. Spartani premuntur Periclis virtute, cuius egregia in rempublicam merita describuntur. Iterum pax sancita et violata: unde bellum Siculum.

CAPUT I

XERXES, rex Persarum, terror ante gentium, bello in Graeciam infeliciter gesto, etiam suis contemptui esse coepit. Quippe Artabanus, praefectus eius, deficiente

Lib. III.

CAP. I. §. 1. *in Graeciam.* I. e. adversus Graeciam. Andere Ausgaben lesen *in Graecia*; doch haben wir noch einmal XLII, 5, 6; *ad Caesarem*, in Hispaniam bellum tunc temporis gerentem, profugit. Einige Herausgeber nehmen hier eine Antiptōsis an, so dass der Accusativ für den Ablativ stehe. Allerdings war in der ältern Sprache die Construction der Präposition *in* noch nicht so fest bestimmt, indem der Accusativ und Ablativ promiscue gebraucht wurden; wornach so manche Ueberbleibsel, wie *in potestatem esse, habere*, und Anderes der Art sich beurtheilen und erklären lassen. S. Gronov und Drakenb. zu Liv. II, 14, 4. Indess enthält sich unser Schriftsteller gemeiniglich solcher Alterthümlichkeiten; denn VII, 6, 11 wird mit Recht jetzt nach den Handschriften *in matrimonio habebat* gelesen.

quotidie regis maiestate, in spem regni adductus, cum septem robustissimis filiis regiam vesperi ingreditur, (nam amicitiae iure semper illi patebat) trucidatoque rege, voto
 3 suo obsistentes filios eius dolo aggreditur. Securior de Artaxerxe, puero admodum, fingit regem a Dario, qui erat adolescens, quo maturius regno potiretur, occisum; impel-
 4 lit Artaxerxem parricidium parricidio vindicare. Quum ventum ad domum Darii esset, dormiens inventus, quasi so-
 5 mnium fingeret, interficitur. Dein quum unum ex regis filiis sceleri suo superesse Artabanus videret, metueretque de regno certamina principum, assumit in societatem consi-
 6 lii Bacabasum: qui, praesenti statu contentus, rem prodit Artaxerxi, *ut pater eius occisus sit, ut frater falsa parricidii suspicionem oppressus; ut denique ipsi pararentur insidiae.* His cognitis Artaxerxes, verens Artabani numerum filiorum, in posterum diem paratum esse armatum exercitum iubet, recogniturus et numerum mili-
 8 tum, et in armis industriam singulorum. Itaque quum inter ceteros et ipse Artabanus armatus assisteret, rex simulat se breviorē lorīcam habere: iubet Artabanum secum commutare; exuentem se, ac nudatum gladio tra-
 9 iicit: tum et filios eius corripit iubet. Atque ita egregius adolescens et caedem patris, et se ab insidiis Artabani vindicavit.
 1 CAP. II. Dum haec in Persis geruntur, interea Graecia omnis, ducibus Lacedaemoniis et Atheniensibus, in

§. 6. *ut pater eius occisus sit.* S. die Anmerk. zu I, 5, 8: *scribit ei, ut ablegatus in Persas ab avo fuerit, ut occidi eum parvulum avus iusserit etc.*; vergl. VI, 1, 4.

§. 9. *vindicavit.* *Vindicare* wird hier in zweifacher Bedeutung mit zwei Substantiven verbunden: *vindicare caedem*, rächen; se ab insidiis, befreien. Ebenso ist zu erklären die Stelle XI, 9, 14: *Provolutae deinde genibus Alexandri non mortem, sed, dum Darii corpus sepeliant, dilationem mortis deprecantur.* Hier ist zuerst *deprecari mortem*, den Tod wegbitten, um das Leben bitten; dann *dilationem mortis deprecari*, dringend um *Aufschub des Todes* bitten, wo die Präposition *de* den Begriff des Verbi verstärkt. — Uebrigens wird in alten Ausgaben hinter *patris* noch eingeschoben *et necem fratris*, und es scheint fast dieser Zusatz, der Uebereinstimmung wegen mit dem Obigen, §. 6, nothwendig zu seyn.

duas divisa partes, ab externis bellis, velut in viscera sua, arma convertit. Fiunt igitur de uno populo duo corpora; et eorundem castrorum homines in duos hostiles exercitus dividuntur. Hinc Lacedaemonii communia quondam civitatum auxilia ad vires suas trahebant; inde Athenienses, et vetustate gentis, et gestis rebus illustres, propriis viribus confidebant. Atque ita duo potentissimi Graeciae populi, institutis Solonis et Lycurgi legibus pares, ex aemulatione virium in bellum ruebant. Namque Lycurgus quum fratri suo Polydectae, Spartanorum regi, successisset, regnumque sibi vindicare potuisset, Chariolao, filio eius, qui natus postumus fuerat, quum ad aetatem adultam pervenisset, regnum summa fide restituit: ut intelligerent omnes, quanto plus apud bonos pietatis iura, quam omnes opes valerent. Medio igitur tempore, dum infans convalescit, tutelamque eius administrat, non habentibus Spartanis leges instituit, non inventione

CAP. II. §. 3. *propriis viribus*. Die Herausgeber haben mit Recht Scheffer's Aenderung, *civibus*, zurückgewiesen. Der schöne Gegensatz, den Justin hier beabsichtigt, würde dadurch zum Theil verloren gehen: die Lacedämonier suchten fremde Hülfe; die Athener dagegen vertrauten auf ihre eigene Kraft. Auch möchte *propriis civibus* kaum von einem Lateiner in dieser Verbindung gesagt worden seyn. Die wahre Wiederholung eines und desselben Substantivs, welches oft entweder in Gegensätzen, oder bei besonderem Nachdruck geschieht, darf nicht auffallen. Beispiele in grosser Menge solcher Wiederholungen liefert Duker zu Liv. I, 53, 4.

§. 7. *convalescit*. *Convalescere* hier stark werden, heranwachsen. So c. 4, 1; XVIII, und an mehreren Stellen.

magis — clarior. Man bemerke hier noch *magis* beim Comparativ, was die Grammatiker gewöhnlich zu den Pleonasmen rechnen; ebenso steht im Griechischen *μᾶλλον*. S. Matth. Gr. Gr. §. 458. Vergl. Iust. XII, 11, 2: *nec a debitoribus magis, quam a creditoribus gratius accepta*; Valer. Max. III, 7, 1; *Uterque nostrum magis invidia, quam pecunia locupletior*. Ebenso steht *potius* bei Cic. in Pis. 14, 33: *Mihi — quaevis fuga potius, quam ulla provincia esset optatior*; Flor. IV, 2, 47: *Nec minus admirabilior illius exitus belli*. Auch zwischen zwei Comparativen. Sext. Ruf. Brev. c. 13: *ita ut ius eius insulae avarius magis, quam iustius simus assecuti*. S. Drakenb. zu Liv. IX, 7, 6: *tristior deinde ignominiosae pacis magis, quam periculi nuntius fuit*; und Bünnemann zu Lactant. Op. D. c. 13, 7.

8 earum magis, quam exemplo clarior. Siquidem nihil
 lege ulla in alios sanxit, cuius non ipse primus in se do-
 9 cumenta daret. Populum in obsequia principum, princi-
 10 pes ad iustitiam imperiorum formavit. Parcimoniam om-
 nibus suasit, existimans, laborem militiae assidua fruga-
 11 litatis consuetudine faciliorem fore. Emi singula non pe-
 12 cunia, sed compensatione mercium iussit. Auri argenti-
 que usum, ~~et~~ ut omnium scelerum materiam, sustulit.

1 CAP. III. Administrationem reipublicae per ordines
 2 divisit: regibus potestatem bellorum; magistratibus iudi-
 cia per annuas successiones; senatui custodiam legum;
 populo sublegendi senatum, vel creandi quos vellet ma-
 3 gistratus, potestatem permisit. Fundos omnium aequali-
 ter inter omnes divisit, ut aequata patrimonialia neminem
 4 potentiorum altero redderent. Convivari omnes publice
 iussit, ne cuius divitiae vel luxuria in occulto essent.
 5 Iuvenibus non amplius una veste uti toto anno permisit,
 nec quemquam cultius, quam alterum progredi, nec epu-
 6 lari opulentius, ne imitatio in luxuriam verteretur. Pueros
 puberes non in forum, sed in agrum deduci praecepit;
 ut primos annos non in luxuria, sed in opere et laboribus
 7 agerent. Nihil eos somni causa substernere, et vitam
 sine pulmento degere, neque prius in urbem redire, quam
 8 viri facti essent, statuit. Virgines sine dote nubere ius-
 sit, ut uxores eligerentur, non pecuniae; severiusque ma-
 trimonia sua viri coercerent, cum nullis dotis frenis tene-
 9 rentur. Maximum honorem non divitum et potentium,

CAP. III. §. 6. *in opere et laboribus.* In neuern Ausgaben ist die Präposition *in* vor *laboribus* wiederholt worden; mir scheint dieselbe nicht durchaus nöthig. Bei von einander verschiedenen Begriffen, Sachen und Personen muss die Präposition nach der Copula wiederholt werden; selbst bei verwandten Begriffen geschieht dies, wenn beide als abgesondert betrachtet werden sollen. Werden dagegen beide Substantiva zu einem Begriffe verbunden, so pflegt die Präposition nicht wiederholt zu werden. An unserer Stelle sind beide Substantiva eng verbunden „in mühevoller Arbeit.“ Vergl. meine Bemerk. zu *Cic. Cat. I.*, 13, 33. p. 99.

§. 8. *matrimonialia sua.* *Matrimonium* hier, wie öfter, der Gegenstand der Verheirathung, soviel als *uxor*; vergl. *c. 5, 6; XVIII, 5, 5.*

sed pro gradu aetatis senum esse voluit. Nec sane usquam terrarum locum honoratiorem senectus habet. Haec quo-10
niam primo, solutis antea moribus, dura videbat esse, auctorem eorum Apollinem Delphicum fingit, et inde se ea ex praecepto numinis detulisse, ut consuescendi taedium metus religionis vincat. Dein ut aeternitatem le-11
gibus suis daret, iureiurando obligat civitatem, nihil eos de eius legibus mutatu-
ros, priusquam reverteretur: et simulat, se ad oraculum Delphicum proficisci, consu-
tum, quid addendum mutandumque legibus videretur. Proficiscitur autem Cretam, ibique perpetuum exsilium12
egit, abiicique in mare ossa sua moriens iussit, ne rela-
tis Lacedaemona solutos se Spartani religione iurisiurandi in dissolvendis legibus arbitrentur.

CAP. IV. His igitur moribus ita brevi civitas conva- 1
luit, ut, quum Messeniis, propter stupratas virgines suas in sollemni Messeniorum sacrificio, bellum intulissent, gra-
vissima se execratione obstrinxerint, non prius quam Mes-
seniam expugnassent, reversuros; tantum sibi vel de vi-
ribus suis, vel de fortuna spondentes. Quae res initium 2
dissensionis Graeciae, et intestini belli causa et origo fuit. Itaque, quum contra praesumptionem suam annis decem 3
in obsidione urbis tenerentur, et querelis uxorum post tam longam viduitatem revocarentur, veriti, ne hac perseve-

§. 12, Cretam. Nicht allein die Namen der kleinern, sondern auch der grössern Inseln werden bisweilen als Städtenamen construirt. Ja selbst Ländernamen folgen derselben Construction; und besonders bei Aegyptus fehlt sehr oft die Präposition; vergl. XV, 2, 7; XXIII, 2, 6; XLIV, 3, 3; Liv. XXX, 43, 5; XLV, 10, 2; c. 11, 3. Aus den von Drakenb. zu Liv. X, 37, 1; XXXIII, 41, 6; XXXVI, 42, 5; XLV, 13, 9; von Oudendorp zu Caes. B. G. III, 7 und zu Appulei. Met. II, 35, und von Corte zu Sall. Iug. 7, 2 gesammelten Beispielen geht hervor, dass die Alten keinesweges so ängstlich im Gebrauch der Präposition bei Ländernamen waren.

CAP. IV. §. 1. Messeniam expugnassent. Ich habe die alte Lesart Messeniam beibehalten, welche man unnöthiger Weise in Messenam oder Messenen geändert hat. Expugnare wird auch von Ländern, ja selbst von Personen gebraucht. VII, 6, 8: Thessaliam expugnat; III, 5, 1: Messenii per insidias expugnantur; c. 4, 11: expugnatibus veteribus incolis.

rantia belli gravius sibi, quam Messeniis nocerent: quippe illis, quantum iuventutis bello intercīdat, mulierum fecunditate suppleri; sibi et belli damna assidua, et fecunditatem uxorū, absentibus viris, nullam esse: itaque legunt iuvenes ex eo genere militum, qui post iusiurandum in supplementum venerant, quibus Spartam remissis promiscuos omnium feminarum concubitus permisere; maturiorem futuram conceptionem rati, si eam singulae per plures viros experirentur. Ex his nati, ob notam materni pudoris, *Partheniae* vocati. Qui quum ad annos triginta pervenissent, metu inopiae, (nulli enim pater exsistebat, cuius in patrimonium successio speraretur,) ducem Phalantum assumunt, filium Arati, qui auctor Spartanis fuerat iuventutis ad generandam sobolem domum remittendae: ut, sicuti dudum patrem eius nascendi auctorem habuissent, sic ipsum spei ac dignitatis suae haberent. Itaque nec salutatis matribus, e quarum adulterio infamiam collegisse videbantur, ad sedes inquirendas proficiscuntur; dique et per varios casus iactati, tandem in Italiam deferuntur, et occupata arce Tarentinorum, expugnatis veteribus incolis, sedes ibi constituunt. Sed post annos plurimos dux eorum Phalantus, per seditionem in exilium proturbatus, Brundisium se contulit, quo expulsi sedibus suis veteres Tarentini concesserant. His moriens persuadet, ut ossa sua postremasque reliquias cōterant, et tacite spargi in foro Tarentinorum curent. Hoc

§. 5. itaque legunt. Man bemerke hier die Wiederholung des *itaque* zu Anfange des Satzes §. 3, wodurch der Faden der Erzählung, welcher durch die Zwischenbetrachtung von *quippe illis etc.* an unterbrochen war, wieder angeknüpft wird. S. die Anmerk. zu XII, 14, 1.

§. 12. in exilium proturbatus. Die Lesart schwankt zwischen *proturbatus*, welches indess hier nicht stehen kann, und mit Unrecht von *Vorstius* durch verdorbene Stellen vertheidigt worden ist. *Proturbare aliquem* wird gebraucht, wenn Jemand fortgestossen wird, so dass er den Ort, welchen er früher eingenommen hat, verlassen muss. *Perturbare* dagegen, wenn von einer blossen Bewegung des Körpers oder der Seele die Rede ist, wobei aber die Person an Ort und Stelle bleibt. Demnach kann man durchaus nicht sagen, *aliquem in exilium perturbare*. S. *Oudendorp* zu *Appulei. Met.* IX, 196. p. 648; vergl. *Drakenb.* zu *Liv.* V, 47, 5.

*enim modo recipere illos patriam suam posse, Apol-
linem Delphis cecinisse. Illi arbitantes eum in ultionem* 15
sui civium fata prodidisse, praeceptis parere. Sed ora-
culi diversa sententia fuerat. Perpetuitatem enim urbis,
non amissionem, hoc facto promiserat. Ita ducis exsu-
lis consilio, et hostium ministerio, possessio Tarentina
Partheniis in aeternum fundata; ob cuius beneficii memo-
riam Phalanto divinos honores decrevere. 17

CAP. V. Interea Messenii, quum virtute non possent, 1
per insidias expugnantur. Dein, quum per annos octo- 2
ginta gravia servitutis verbera, plerumque et vincula, ce-
teraque captivitatis mala perpessi essent, post longam
poenarum patientiam, bellum restaurant. Lacedaemonii 3
quoque eo conspiratius ad arma concurrunt, quod adver-
sus servos dimicaturi videbantur. Itaque, quum hinc in- 4
iuria, inde indignitas animos acueret, Lacedaemonii, de
belli eventu oraculo Delphis consulto, iubentur ducem

CAP. V. §. 2. *gravia servitutis verbera.* Nach Vossius wird in mehreren Ausgaben ein Komma hinter *servitutis* gesetzt, so dass *gravia* als Substantivum stünde, zu dem *verbera* und *vincula* die Apposita wären; wie XLI, 1, 11: *profunda camporum, praerupta collum montiumque ardua.* Indess scheint die folgende Verknüpfung durch *plerumque et*, so wie auch das nachherige *ceteraque captivitatis mala* diese Interpunction nicht annehmbar zu machen. Auch würde Iustin bei seiner sonstigen Gewohnheit, den Genitiv zwischen das Adjectiv und Substantiv zu stellen, die Worte gewiss anders gesetzt haben, wenn er jene Interpunction beabsichtigt hätte.

§. 3. *dimicaturi videbantur.* Nämlich *sibi*. So wird häufig *videri* mit und ohne Dativ der Person in der Bedeutung *glauben* gebraucht. Auch könnte man *videbantur* hier in der Umschreibung des Verbi *dimicare* nehmen, wie es nämlich nicht selten von den Lateinern angewendet wird, um ein Urtheil, eine Meinung milder, bescheidener, oder mehr subjectiv auszudrücken, so dass also *dimicaturi videbantur* für *dimicaturi erant* stünde; wie XXIX, 3, 7: *Sed nec Romani, quibus Poeni et Annibal in cervicibus erant, soluti metu Macedonico videbantur:* XXXVI, 2, 8: *nihil divini iuris humanique ei incognitum videbatur.* Doch scheint die erste Erklärung an unserer Stelle den Vorzug zu verdienen, weil dann der innere Antrieb zu der angegebenen Handlung: *eo conspiratius ad arma concurrunt*, mehr hervorgehoben wird; c. 4, 10: *Itaque nec salutatis matribus, e quarum adulterio infamiam collegisse videbantur, ad sedes inquirendas proficiscuntur;* vergl. XII, 15, 5.

5 belli ab Atheniensibus petere. Porro Athenienses, quum
 responsum cognovissent, in contemptum Spartanorum
 6 Tyrtaeum poetam, claudum pede, misere: qui tribus
 proeliis fusus eo usque desperationis Spartanos adduxit,
 ut ad supplementum exercitus servos suos manumitterent,
 7 hisque interfectorum matrimonia pollicerentur; ut non
 numero tantum amissorum civium, sed et dignitati suc-
 8 cederent. Sed reges Lacedaemoniorum, ne contra for-
 tunam pugnando, maiora detrimenta civitati infunderent,
 9 reducere exercitum voluerunt; ni intervenisset Tyrtaeus,
 qui composita carmina exercitui pro concione recitavit,
 in quibus hortamenta virtutis, damnum solatia, belli
 10 consilia conscripserat. Itaque tantum ardorem militibus
 iniecit, ut non de salute, sed de sepultura solliciti, tesse-
 ras, insculptis suis et patrum nominibus, dextro brachio
 11 deligarent: ut, si omnes adversum proelium consumpsis-
 set, et temporis spatio confusa corporum lineamenta es-
 12 sent, ex indicio titulorum tradi sepulturae possent. Quum
 sic animatum reges exercitum viderent, curant rem hosti-
 13 bus nuntiari. Messeniis autem non timorem res, sed
 14 emulationem mutuum dedit. Itaque tantis animis con-
 cursum est, ut raro unquam cruentius proelium fuerit.
 15 Ad postremum tamen victoria Lacedaemoniorum fuit.

§. 6. *proeliis fusus.* Gronov hat *fusus* aus drei Handschriften verbessert, weil die Lacedämonier schon vor der Ankunft des Tyrtaeus geschlagen seien. Allein, wenn Justin diese Meinung gehabt hätte, so hätte er unmöglich vom Tyrtaeus sagen können: *eo usque desperationis Spartanos adduxit, ut etc.*, da die verzweifelte Lage der Spartaner ja nicht von ihm herbeigeführt worden war.

§. 8. *detrimenta civitati infunderent.* Bernegger hat aus einer Handschrift *infligerent* aufgenommen; Vorstius wollte *iniungerent* ändern, worin ihm Graevius, welcher die Vulgata für unlateinisch hielt, beistimmte. Ich habe es nicht gewagt, die Lesart aller Handschriften und Ausgaben aufzugeben, die schwerlich von den Abschreibern herrühren kann. Vielleicht lässt sich dieselbe auch vertheidigen durch die von Scheffer angezogene Stelle Cic. de legg. III, 14, 32: *Quo perniciosius de republica merentur vitiosi principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem*, wiewohl die Metapher in der Redensart *vitia infundere in civitatem* uns bei weitem nicht so auffällt, als in *detrimenta infundere civitati*.

CAP. VI. Interiecto tempore, tertium quoque bellum 1
 Messenii reparavere; in cuius auxilium Lacedaemonii in- 2
 ter reliquos socios etiam Athenienses adhibuere. Quorum 3
 fidem quum suspectam haberent, supervacaneos simu-
 lantes, a bello eosdem dimiserunt. Hanc rem Athe- 4
 nienses graviter ferentes, pecuniam, quae erat in stipen-
 dium Persici belli ab universa Graecia collata, a Delo
 Athenas transferunt; ne, deficientibus a fide societatis La-
 cedaemoniis, praedae ac rapinae esset. Sed nec Lace- 5
 daemonii quievire: qui, quum Messeniorum bello occu-
 pati essent, Peloponnesenses immisere, qui bellum Athe-
 niensibus facerent. Parvae tunc temporis, classe in Aegy- 6
 ptum missa, vires Atheniensium erant. Itaque navali proe-
 lio dimicantes facile superantur. Interiecto deinde tem- 7
 pore, post reditum suorum aucti et classis et militum ro-
 bore, proelium reparavere. Iam et Lacedaemonii, omis- 8
 sis Messeniis, adversus Athenienses arma verterant. Diu 9
 varia victoria fuit: ad postremum aequo Marte utrimque
 discessum. Inde revocati Lacedaemonii ad Messeniorum 10
 bellum, ne medium tempus otiosum Atheniensibus relin-
 querent, cum Thebanis paciscuntur, ut Boeotiorum im-
 perium his restituerent, quod temporibus Persici belli
 amiserant, ut illi Atheniensium bella susciperent. Tan- 11
 tus furor Spartanorum erat, ut, duobus bellis impliciti,
 suscipere tertium non recusarent, dummodo inimicis suis
 hostes acquirerent. Igitur Athenienses adversus tantam 12
 tempestatem belli duos duces deligunt, Periclem specta-
 tae virtutis virum, et Sophoclem scriptorem tragoedia-
 rum: qui, diviso exercitu, et Spartanorum agros vasta- 13
 verunt, et multas Achaiae civitates Atheniensium imperio
 adiecerunt.

CAP. VII. His malis fracti Lacedaemonii, in annos 1
 triginta pepigerunt pacem; sed tam longum otium inimi-
 citiae non tulerunt. Itaque intra quindecim annos rupto 2
 foedere, cum contemptu Deorum hominumque, fines At-

CAP. VI. §. 12. *Periclem* — *Sophoclem*. Andere Ausgaben lesen
Periclem, *Sophoclem*; worüber die Anmerk. zu II, 10, 10 nachzuse-
 hen ist.

3 ticos populantur; et, ne praedam potius, quam pugnam
 4 expetisse viderentur, hostes ad proelium provocant. Sed
 Athenienses, consilio Pericli ducis, populationis iniuriam
 differunt in tempus ultionis; supervacuam pugnam ex-
 stimantes, quum ulcisci hostem sine periculo possent.
 5 Deinde interiectis diebus naves conscendunt, et nihil sen-
 tientibus Lacedaemoniis, totam Spartam depraedantur,
 6 multoque plura auferunt, quam amiserant; prorsus ut,
 in comparatione damnorum, longe pluris fuerit ultio,

CAP. VII. §. 4. *Pericli ducis*. Ich habe hier und §. 7 nach einer Handschrift diese Form des Genitivs statt des gewöhnlichen *Periclis* aufgenommen. Es wurde nämlich von den Lateinern häufig bei den Nominibus propriis der griechischen Sprache auf *ης*, die im Lateinischen nach der dritten Declination gehen, neben der regelmässigen Form des Genitivs auf *is*, auch eine auf *i* gebildet. Bei den Nominibus *ης*, die im Griechischen auch die Nebenform auf *εως* hatten, kann diese Form des Genitivs als eine Contraction aus *ei* (Achillei Achilli) betrachtet werden; bei denjenigen aber, welche im Griechischen nach der ersten Declination gehen, entspricht die Endung *i* der griechischen auf *ου*, wie dies durchgängig bei der zweiten Declination der Fall ist. War nun erst diese Form des Genitivs auf *i* bei diesen Wörtern im Gebrauch, so mochte dieselbe leicht auch auf diejenigen Nomina ausgedehnt werden, die im Griechischen selbst nach der dritten Declination gingen. So haben wir I, 7, 19: *Caedes Candauli nuptiarum praemium fuit*; Cic. de Orat. II, 22, 93: *Pericli*; und auch bei Corn. Nep. Alc. II, 1 wird *Pericli* nach den Handschriften aufzunehmen seyn. Ebenso hätte Görenz bei Cic. de Fin. V, 5, 12 nicht Bedenken tragen sollen, aus dem Erlanger Codex die Form *Aristoteli* für Cicero aufzunehmen, da er doch II, 35, 116 aus derselben Handschrift *Aristidi* und *Themistocli* vorgezogen hat; denn die Form *Aristoteli* findet sich auch ad Att. XIII, 28. Nachzulesen ist besonders Schneider's Forml. p. 163.

pugnam existimantes. In einer Handschrift wird *aestimantes* gelesen, was Scheffer nicht für verwerflich hielt. Der Unterschied beider Verba ist aber folgender. *Aestimare* ist *considerare*, schützen, den Werth einer Sache feststellen; *existimare* aber giebt, das Resultat der Schätzung, aus dem festgesetzten Werth urtheilen, *aestimatione finita iudicare*, also soviel als *iudicare*. Dieser Unterschied findet bei allen mit *ex* zusammen gesetzten Verbis und ihren Simplicibus statt. Laur. Falla Eleg. V, 20: *Ante enim est cogitare, deinde excogitare. Ita prius rem aestimamus, deinde qualis sit, existimamus.* Vergl. Gronov zu Liv. XXXIV, 2, 5. Corte zu Sall. Cat. 2, 9.

§. 5. *totam Spartam*. Unter Sparta ist hier das spartanische Gebiet zu verstehen.

quam iniuria. Clara quidem haec Pericli expeditio ha- 7
bita; sed multo clarior privati patrimonii contemptus fuit. —
Huius agros, in populatione ceterorum, intactos hostes 8
reliquerant, sperantes acquirere se illi posse aut pericu-
lum ex invidia, aut ex suspitione proditoris infamiam.
Quod ante prospiciens Pericles, et futurum populo prae- 9
dixerat, et ad invidiae impetum declinandum, agros ipsos
dono reipublicae dederat: atque ita, unde periculum 10
quaesitum fuerat, ibi maximam gloriam invenit. Post 11
haec interiectis diebus navali proelio dimicatum est: victi 12
Lacedaemonii fugerunt. Nec cessatum deinceps est, quin
aut terra, aut mari, varia proeliorum fortuna invicem se
trucidarent. Denique fessi tot malis pacem in annos 13
quingenta fecere, quam non nisi sex annis servaverunt.
Nam inducias, quas proprio nomine condixerant, ex so- 14
ciorum persona rumpebant: quippe quasi minus periurii 15
contraherent, si ferentes sociis auxilia, potius quam si
ipsi aperto proelio dimicassent. Hinc bellum in Siciliam 16
translatum: quod priusquam expono, de Siciliae situ pauca
dicenda sunt.

§. 9. *ante prospiciens.* Ebenso XXXIX, 2, 8: praedictis iam
ante insidiis, wo die Anmerkung nachzusehen ist.